

Handwritten numbers in a cursive script, visible on the right edge of the page, including the number 34 and a sequence of numbers 1 through 11.



1670.

1. Beckmann, Joh. Volk: De juri ditione ejusque turba.
Lione.
2. Beckmann, Joh. Volk: De interesse creditorum
3. Beckmann, Joh. Volk: De pluribus concurrentibus
actionibus sive actionum concursu.
4. Beckmann, Joh. Volk: De fide instrumentorum.
5. Beckmann, Joh. Volk: Tutor testamentarius.
6. Beckmann, Joh. Volk: De jure viarum.
2 Saupl. 1670 & 1730.
7. Beckmann, Joh. Volk: De renunciationibus.
8. Beckmann, Joh. Volk: De clericorum privilegiis.
9. Beckmann, Joh. Volk: Jus statutum imperii sublimis
10. Beierus, Adriaenus: Specimen hermeneuticum occa.
sione brocardii: erubescit fetus sine lege loqui.
11. Beierus, Adriaenus: De restoratione domus ruinosa
communis 3 Saupl. 1677, 1715 & 1747.
12. Faellner, Joh. Christophorus: De jure et legitimatione
spuriarum.

1670.

13^a. Falckner, Joh. Christophorus: De auto scriptis id.

14. Falckner, Joh. Christophorus: Aliquot juris quaestiones


15. Falckner, Joh. Christophorus: De titulis eorumque pro-
fractione et abbreviatione

16. Falckner, Joh. Christophorus: De jure collectandi.

17. Foersterus, Michael: De recognitione scripturae
vim probationis ad recognoscendam, vel jurato
dissimulandam judicialiter productae

18. Frederici, Johannes Arnoldus: De aloe.

19. Frederici, Johannes Arnoldus: De mania ex philtro.



2

o.



320



1670, 8 ~~577~~
CÆLESTI SOSPITANTE NUTU 4
SUFFRAGIO ATQUE AUTHORITATE
MAGNIFICI IN INCLYTA AD SALAM ACADEMIA
JCTORUM ORDINIS

AD
SUB PRÆSIDIO
RECTORIS ACADEMIÆ JENENSIS

VIRI
Magnifici, Prænobilissimi, Amplissimi, atq; Consultissimi,
DN.

JOHANNIS VOLK. *Bechmans*/

Hæreditarii in Obren, Tröbra / Jcti & Antecessoris cele-
berrimi, Consilarii Saxonici, Curia Provincialis, Facultatis
Juridicæ & Scabinatus Assessoris gravissimi

Dn. Patroni, Avunculi & Præceptoris sui perenni
honoris cultu devenerandi

DISCURSUM HUNC LEGALEM
DE

CLERICORUM
PRIVILEGIIS

PUBLICÆ ERUDITORUM CENSURÆ SUBMITTIT

Responsurus Autor

Johann Jacob Krausold / Rosslav. Thuring.

In Phrontisterio Themidos

ad diem Aug. AN. 1670.

JENÆ, Typis Samuelis Adolphi Mülleri.

CELESTI SOSPITANTE NITIS
ACADEMIAE JENENSIS
RECTORIS ACADÉMIAE JENENSIS
IOHANNIS VOLK
DISCURSUS HUNC ET GALIEM
CLERICORUM
PRIVILEGIIS
PUBLICE ERUDITIONUM CENSURAE SUBMITTIT
Johann Jacob Rottschilck/Rottschilck, Thuringia
in Pforten Anno 1700
Adhuc Aug. 1700
JENAE, Typis Sumptibus Adolphi Mülleri





Præfamen.



Culos & sensa animi ad ea
convertenda esse themata, ex qui-
bus commodum & utilitas in rem-
publicam Christianam redundet sa-
cratissimus me docuit Justinianus in
l. 1. D. de suspect. tut. l. 25. de liber. leg. l. 1.
D. ad exhib. & l. penult. C. de fide jussorib.

Hinc operam & oleum oppido perdunt illi, qui iis in-
cumbunt rebus, quas neque scire compendium, ne-
que ignorare detrimentum est ullum. Exemplo
nobis sit vanus ille quorundam labor quando inquisi-
vere, Syrenes cantare quid fuerint solitæ? Cælum
Empyreum quot habeat monopolia? & an quatuor
equi Phaethontis possint trahere per acumen montis
magnum currum phantasticum, per campum categò-
ricum, ad campum hypotheticum, per infinitum & va-
cuum, usque ad duodecim physicorum? Sed sunt ista
(uti loquitur VVissenb. in *Commentar. ad π. tit. de. condit. tritic.*) ferè ægræ deliria mentis, & quartanæ somnia
febris. Similes sunt telis araneorum, quæ plurimum
habent artificii, minimum utilitatis. Atque hinc dicit
Catullus, turpe est difficiles habere nugas, & stultus
est labor ineptiarum. Ego ne hanc notam etiam in-
curram, elegi materiam **DE CLERICORUM
PRIVILEGIIS** in utroque jure admodum qui-
dem diffusam, usu tamen forensi satis receptam: quam
methodo si non accurata, provirilibus tamen simplici

A 2

ac

60.

ac compendiosa exhibere animus est. Cum verò privilegia exponenda alia in causis judicialibus, alia in extrajudicialibus iisque tum publicis tum privatis allegari soleant, id circo etiam distribuere hunc in modum placuit, ut primo loco ea quæ in processu, posteriori loco quæ extra iudicium competunt, proponantur.

Si quid minus ingeniosè fuerit factum, nullus dubito, quin benevolus lector partim materiæ difficultati partim hujus in utroque jure diffusæ prolixitati, partim quoque imbecillitati humanæ, quæ naturaliter inest teste Imperatore in *confir. Pand. ad magn. Sen. §. si quid. 13. & in l. 2. §. 4. C. de V. I. E.* quid sit daturus. Ut ergo hæc benè & feliciter gerantur, ab auxilio supremi Numinis, ad quod omne principium medium & terminus respicere debet, *Nov. 109. pr.* quo etiam duce ad omnia consilia omnesque actus nostros progredimur, uti Apostolus *Coloss. 3. v. 17.* & noster Imperator in *l. 2. pr. C. de offic. Pref. Prætor. Affric.* loquitur, sumendum duco. Qui verò res penitus desperatas donare, & consummare Tuæ virtutis magnitudine potes *l. 1. §. 2. in fin. C. de V. I. E.* & hisce meis laboribus benigniter annue!

CAP. I.

EXHIBENS

CLERICORUM ETYMOLOGIAM, HOMONYMIAM ET SYNONYMIAM.

ARduam Jctorum in perscrutandis verborum ductibus solertiam colligere licet ex *§. s. J. quib. mod. jus patr. pot. solv. l. 1. D. d. J. & J. l. 1. §. 1. de Pact. l. 1. de*

de reb. cred. c. 1. 2. de spons. Eiusdem fat accuratam rationem exhibet Scaliger qui, quod perceptio nominis ad ipsius rei perceptionem nos provehat, eleganter asserit. Ego præcepta hæc quoque observaturus, thematis Etymologiam intueor, & quidem clericos (per quod vocabulum collegium sacerdotum die Geistlichkeit intelligo) à Græco vocabulo κληρος quod sortem significat, dictos esse adfirmo. Fundamentum meum desumo ex c. 1. dist. 21. ubi clericos per sortem olim electos esse asseritur, Pontifex verò, cum certo iudicio eos promovere debeamus, hanc electionem perpetua prohibitione damnavit. c. fin. de Sortileg. Hieronymus in epistola ad Nepotianum clericos etiam à dicto vocabulo κληρος addita tamen alia sortis significatione deducit ita scribens: *Appellantur propterea clerici vel quia de sorte domini sunt, vel quia ipse Dominus sors, id est pars clericorum est.*

Sunt, qui eos ita dictos exinde putant, quod olim quilibet in decurias suas fuerit distributus, ut sibi mandato munere fungeretur. Unde constituti leguntur qui hostiarii essent, qui psaltistæ, qui lectores, exorcistæ, qui Acolythi, qui sub ministri, qui diaconi, item qui seniores & qui Episcopi essent. Etenim ἀποκληρεῖν Dionysio in hierarchiis in decurias contribuere significat. Hisce addenda est & hæc appellatio, quam quidam proferunt clericos sc. dictos esse ex eo, quod sint asciti in heredium patrimoniumque Divinum, κληρονομος enim heres est, quod olim sorte divideretur hereditas, sicut & regna.

De ονομασία vocis cleri nihil notatu dignum Autores referunt, præterquam, quod vocabulum clerus seu κληρος vermiculum etiam denotet teste Plin. lib. 11. c. 19 & lib. 1. c. 16. in alveorum pavimentis nasci solitum,

A 3

ex

ex quo crescente velut aranea obducatur alveus, ita, ut favi carie apes post modum pereant.

Thematis Synonymiam quod concernit, notandum, variis clericos tam in divino quam nostro Codice efferri nominibus. Vocantur enim Sacerdotes *c. 1. dist. 21.* (licet hoc vocabulum Sacerdotali ordini non sit proprium, laici enim interdum quoque dicuntur Sacerdotes, *l. 1. §. 1. D. de J. & J.*) legati Dei, *1. Cor. 4.* Milites caelestes *Gloss. in l. stipendia C. de re judic.* Milites Christi, *Alex. Conf. 126. vol. 1. c. 3.* Item Principes, Patres omnium fidelium vid. *Hippolyt. de Marsil. tractat. de sivejuss. num. 129. ibique cc. allegata.* Plura hujus generis nomina cum apud Authores nullo negotio in veniantur, prolixior esse nolui in onomatologia declaratione. Pergo explicare τὰ τῆς ἐπισήμης h. est particularem & specialem privilegiorum explicationem. Esto ergo

CAP. II.

DE

PRIVILEGIIS CLERICIS IN CAUSIS JUDICIALIBUS COMPETENTIBUS.

Clericos à jurisdictione Magistratus Politici planè exemptos esse, omnes ferè Pontificiæ Sectæ addicti affirmant. Hoc voluit BONIFACIUS IX. Pontifex hæc verba scribens: *Jure Divino & humano clerici & eorum bona liberi sunt à seculari potestate in c. quam-extra de censibus.* Rationem potissimam ponunt in eo quod rem sapiant spiritualem, ex quo corpus & animam de putaverunt servitio DEI & ascripserunt in sortem domini. *c. qui portio. 12. q. 1. C. in clita. & c. placuit.*

II.

11. q. 1. Hinc etiam dicunt, quod libelli accusationis, in quibus clerici coram seculari iudice conveniuntur, rectius flammis sint tradendi, quam assumendi, Constantini Imperatoris exemplo, uti legitur in *C. Sacerdotibus 11. q. 1. §. Ecclesiastica quoque.*

Pontificiæ huic sectæ verò adversantur omnes omnino Orthodoxæ religionis Evangelicæ Theologi ac Politici, utroque ex jure evincentes potestatem secularem ex *1. Petr. 2. v. 13. Rom. 13. v. 1. Joh. 19. vers. 11. Act. or. Apostol. 25. vers. 10. l. omni s 10. C. de LL. & Const. Pr. & tot. tit. C. de Episc. vid. Magnif. Dn. Struv. in suis Progymnasmat. p. 38.* Et hanc sententiam neque quibusdam sanioribus Pontificiis displicere probat *Didac. Covarr. JEt. Hisp. Pract. qq. C. 31. num. 2. vers. contraria opinio Joseph. de sese in tr. de in bib. c. 8. v. 11.* quorum opinioni & meum adjuicio calculum, quicquid vel tandem cum suis asseclis in contrarium afferat *Bellarminus in lib. 2. de cler. c. 28.* Hæc res verò cum sit ex parte obscura, & ex multis juris textibus declaranda, idcirco de jurisdictione Ecclesiastica hoc notatum velim, quod scilicet in primitiva ecclesia post Apostolorum mortem nunquam audita sit exentio, neque jurisdictio.

Quando enim Episcopi aliique prælati sibi tunc aliquid arrogabant, Audientia saltem hoc est nuda cognitio erat earum rerum, quæ ad ecclesiam & clericos spectabant. Seculari autem potestati obnoxii omnino erant *et. tit. C. de Episc. Audient. vid. Cujac. in Paratit. C. eod. tit. Eorum tandem devotio vid. l. 34. C. d. r. & maximus erga religionem ardor apud Imperatores effecit, ut ex singularibus indultis, proprios ecclesiasticos magistratus Episcopos scilicet, cum omnimoda jurisdictione Ecclesiastica acciperent, ex quorum sententiis, abdicata in eos seculari potestate dependerent.*

Captum



Cæptum verò hoc est à CAROLO MAGNO,
ab OTTONE plenè concessum, ut ex Reineccio re-
fert *Ant. Knichen. de Saxo. non prov. jur. in verb. Ducum
Saxonia. c. 4. n. 118.* à FRIDÉRICO verò plenissi-
mè confirmatum. *auth. statuimus C. de Episc.* Unde
etiam factum est ut per Novellas Imperatorum Con-
stitutiones clerici à seculari magistratum jurisdictio-
ne fuerint exempti *l. placet. C. de Episc. & cler.* Repurgata
verò ab erroribus Pontificiis religione Christianâ,
etiam ecclesiasticæ jurisdictionis forma valde immu-
tata est, ita, ut in locis reformatæ religionis per pa-
cem religiosam suspensa, & ad status Imperii jure su-
perioritatis de voluta sit. *Reiches Abschied de Anno
1555. S. damit auch obberührte beyde religions Verwand-
te / etc. qui exercent ita, ut clerici liberati sint à
Jurisdictione Laicali quoad personalia, non vero
quo ad realia. Id quod constitutum etiam legitur in
Ordinat. Eccles. Elector. Sax. tit. vom Immunitatibus und
Freiheiten der Kirchen Diener ibi. Und wenn Sie auch
gleich an deren unsern Unterthanen in Sachen ihre Per-
son belangend in actionibus personalibus vor den Ge-
richten da Sie der Kirche Dienen zu recht stehen solten/
Ihnen und Ihrem Amte dardurch Verkleinerung erfol-
gen mögte / so ordnen und wollen wir etc. hoc etiam com-
muniter ita observari ostendit Magnif. Dn. PRÆSES
in Commentar. suo ad π . tit. de Judic. vid. Magnif. Dn. Struv.
in Syntagmat. Jur. Civ. Exerc. IX. th. 59. & 38.* Sicuti se-
cundum hanc sententiam respondit consistorium su-
preum Dresdense in causa Henrici à Schönberg in
Gorschen & Frauen Stein die 30. Aug. 1614. No-
tanda vero quæstio: An causæ criminales etiam ad
jurisdictionem Consistorialem spectent? Ratio affir-
mandi

mandi posset hæc esse, quod causa criminalis sit per-
sonalis, in quibus iudices Ecclesiastici sunt legitimi
per dd. Sed negativè respondetur, cum quoad cri-
minalia sit exceptio. Hoc etiam confirmat *Ord. Eccles.
Sax. cit. von immunitatibus und Freyheiten der Kirchen-
Diener. §. Was aber Ihm. vers. aber die Hohen. & sub-
tit. von beyden Consistoriis. cap. 10. Was für Strafe-
sen das Consistorium und desselben Assessoren zu erken-
nen und gebrauchen haben.* Ratio hujus Sanctionis &
exceptionis manifestissima est, quia sc. jura non per-
mittunt, Clericum vel Episcopum, cujus personam
Consistoria repræsentant, interesse judiciis crimina-
libus, in quibus agitur de puniendo reo, pœnarum-
que sanguinis irrogatione. *c. clericos. & c. sententiam
sanguinis. 9. extr. Ne cler. vel Monach. Tiber. Decian. in tr.
Crim. lib. 4. cap. 9. n. 132. Quod eo usque extenditur,
ut ne quicquam adjument' vel auxilii pœnarum di-
ctamini adferre eis liceat. dd. cc. Felin. in c. Sicut dignum
6. in Text. Fallent. n. 11. vers. d. Clerico antem consulente ex-
tra de homicid.* Constat itaque ex hisce Bassam tan-
tum. Die Erb- und nieder Gerichte / non altam, Die
Ober oder Peinliche Gerichte Consistoriis & Magistrati-
bus Ecclesiasticis competere.

Sed an Clericus possit seculari Magistratui ju-
risdictionem prorogare? optimè hic quæritur. Ego
de jure civili affirmativam pro veriori habeo, licet non
de jure Pontificio *c. si diligenti 12. & c. significasti 18. de for.
Comp.* Antequam ad alias prærogativas accedo, mo-
neo, causas hic probè esse discernendas, eas sc. quæ inter-
nam potestatem Ecclesiasticam concernunt, & quæ
sunt propriè Consistoriales, de quibus videri po-
test:

B

test:

test. *Carpz. in Jurispr. Consistor. l. 3. Tit. 1. de For. Eccles. Def. 2. Marian. Socinus. de foro Compet. num. 2. & seqq. Castr. ad L. statuimus. C. de Episc. & Cler.*

Th. II. Exposito clericorum foro, progrediendum ad accusationem, circa quam sciendum, quod etiam clerici ab ea sint immunes. *l. Consult. Diuina. 23. C. de Testam. l. repetita C. de Episcop.* Cujus regulæ ratio non quidem est ea, quod à negotiis forensibus, & curia abstinere jubeantur. *l. 17. C. de Episc.* adeoque a Divinis, quibus assidue debent esse intenti, abstrahantur. *l. 23. C. de testam.* Sed ea petenda venit ex *c. clericos & c. sententiam Sanguinis 9. in pr. extra ne clericus vel Monach.* ubi dicitur, quod causis criminalibus clerici inter esse minimè debeant, maximè autem iis, quarum pœna est vitalis & corporis afflictiva. Monendum verò hic venit dubium istud, quod ex *c. quapropter 47. c. 2. q. 7. c. causam 7. extr. Qui filii sint legitimi* emergit, quando clericum scelera denunciare debere dicitur. Sed differentiam inter accusationem, & denunciationem, quam maximam esse respondeo ex *l. 7. C. de. accusat. & inscript.* Denuncians enim à Solemnibus in Subscriptione consistentibus immunis est, à quibus nullatenus (ne ad accusationem tam facile homines profiliant) accusans. *l. 7. in pr. D. de accusat.* Denuncians etiam viam processus inquisitionis tantum munit. *vid. Carpz. part. 3. quest. 108. n. 54. & seqq.* cui judex non statim credit, sed ante omnia inquirit, an notorium sit illud crimen vel non: Si notorium est, hoc est, si fama publica de eo crimine increbuerit, tunc absolvendus est denunciator, & Judex ex officio de ipsius criminis veritate inquirit; Sed si non sit notorium tunc denunciator, si probationes suggerere non possit, ob calumniam punietur. *l. Di-*

viii

20
vus 6. in fin. D. de Custod. reor. Conferatur Clarus. §. fin.
Quæst. 7. Hisce præmissis facilis erit decisio quæstionis:
An clericus accusare teneatur illum, qui in Cathedra
Confessionaria in den Beicht Stuhle crimen est con-
fessus? Resp. enim ex dictis rationibus negativè. An
vero denunciationem hoc casu jure, & salva conscien-
tia, intermittere possit? Dubio nõ caret. Rationes affir-
mandi possint esse: quod reipubl. intersit delicta puni-
ri l. 95. §. 1. D. de Solut. l. 9. §. quod illicitè. D. de publ. & ve-
stig. l. 51. vers. Si quis absurde. D. Ad L. Aquil. Neque pin-
guior DEO victima mactari possit, quam homo ini-
quus. Paulus de Castr. ad L. nemo 3. n. 4. C. de Episcop. Aud.
Joh. Harpprecht. ad §. 5. n. 68. J. de Obl. quæ ex delict. Nasc.
Verum hisce non obstantibus sententia contraria ma-
gis mihi cum Friderico Balduino in casibus Conscient. l. 4.
cap. 10. cas. 7. ridet. Ea enim quæ Sacerdotibus sub si-
gillo confessionis commissa sunt, scire dicuntur, non ut
homines, sed ut Deus. c. si sacerdos. 2. extra de offic. jud. Or-
din. quod confirmavit beatus Dn. Lutherus. in Colloq.
Germ. Cap. 14. fol. 191. in tom. Jenens. ibi: Sie hatt mir es
nicht gebeichtet / sondern dem Herren Christo / und weil es
Christus heimlich hält / so will Ich es auch heimlich halten /
und stracks sagen / Ich habe es nicht gehört / hatt Christus
was gehöret / so sage Er es. & paulo post Ist sie absolvi-
ret / da weiß Ich D. Martinus nichts umb / sondern Chri-
stus weiß es mit wem Sie geredet / denn Ich höre nicht /
beichte absolvire auch nicht / sondern Christus. Atque
hinc fit, ut judicem instruere non possint, & sic percon-
sequens delatio neque ad deferendum juramentum
purgationis, neque ad inquirendum indicium faciat,
non entis enim nullæ sunt qualitates. l. 5. §. 4. in fin. D.
de in lit. jur. l. 1. §. 1. D. Commun. Prædior. Alias etiam

B 2

denun-

60.

denunciatio contra leges, qualis hæc est *c. Sacerdos 2. d. pœnit. dict. c. dilectus. 13. extra de Excess. Prælat. cap. omnis 12. vers. cavent. autem extr. de pœnit. nihil operatur. Vid. Andr. Gail, lib. 1. Obs. 100. n. 8. Ant. Fab. in C. lib. 4. tit. 15. def. 38. Jacob Menoch. lib. 1. præsumpt. quest. 89. num. 26. & 27.* Quidni etiam negativè respondendum esset: cum clericis sub comminatione pœnæ, in famiæ nimirum, & depositionis, sit interdictum. *dd. cc. quæ pœna in for. Sax. (ubi arbitraria recepta) non obtinet. Vid. Const. Elector. Eccles. art. general. 7. & ult. ibi: So soll Ihnen allen aufferleget / besonders aber den Kirchen-Dienern eingebunden werden / was Ihnen für gewissenes Handel in der Beichte vertrauet / niemand wer der auch seyn mögte / bey Vermeidung ernstlicher Straffe / zu offenbahren / sondern wie es sich gebühret / verschwiegen zu halten.* Sciendum hic vero est, quod dentur calus quidam except. 1. Si quis confessus fuerit in iudicio delictum, & ad mortem condemnatus, postea vero apud Sacerdotem in confessione se innocentem esse asseruerit. Hoc enim iudici à Sacerdote omninò revelandum. Modo sacerdos occasionem non præbeat reo ad revocandum id, quod semel est confessus. (2) excipitur: Si quis confessus fuerit intentionem suam criminis perpetrandi, quæ ut impediatur, vel alterius, vel salutis publicæ interfit, vid. *Coraxius. tr. de confess. non reveland. q. 4.* Si vero tale quid non subsit, tunc constanter puto, quod clericus possit etiam respondere, senescire ea, quæ in confessione deposuit.

Th. 3. Procuratores cum sint vel voluntarii *l. 43. §. ult. de procurat. l. 31. §. 2. de negot. gest. l. 20. C. cod. vel necessarij. l. 31. §. penult. & ult. D. de procurat.* hoc est tales, qui ad defensionem cogi possunt. Idcirco Clericis

ricis speciali lege hæc necessitas remissa, ita, ut nullus eorum forensis negotii susceptor vel executor esse neque debeat, neque possit. *c. 2. extra de postul.* Unum enim pedem in Suggestu alterum in curia habere oppidò prohibitum. *1. Petr. 4. vers. 15.* neque etiam fieri potest, ut Scandalum non præbeant, propter legum Scientiam (quæ equidem in illis regulariter requiritur *Gloss. in l. repetita. c. de. Episcop.* ob rationem, ut leges quæ sacræ sunt, melius intelligant.) non adeo accuratam. *vid. c. 2. extra de postul.* ob hanc & aliam causam *Ser. Sax. Elector. in art. general. 38. §.* Wie wir auch hiermit ernstlich befehlen/das sie alles procurirens und advocirens oder anders des gleichen müßig gehen/und sich enthalten. hoc interdicerere voluit.

Notandum circa hanc constitutionem, quod pro Ecclesia, vel si necessitas immineat, personis conjunctis, aut miserabilibus, possint postulare. *c. defensionis 2. dist. 87. c. 1. & c. ult. de procur. can. de crevit. 1. dist. 88. vid. Brunne man. ad l. 17. c. de Episc. ibique allegata.* eos enim excusat pii operis necessitas, & ratio, quod hæc defensio nemini sit deneganda. *l. 45. §. 4. D. ad L. Aquil. c. Si verò 3. de Sent. ex comm. & c. dilecto 6. eod. tit. in 6.*

Occasione hæc moveri potest quæstio: An procurationem qui semel suscepit, ab ea propter Sacerdotium superveniens excusetur? & respondeo Negando. *ex c. cum dilecta extr. de Confirm. util. vel inutil.* Nequaquam adversatur. *l. 18. D. de procuratorib. & l. 32. §. 4. D. de arbitr. recept.* agitur enim in hisce legibus de procuratione suscipienda, in allegato autem *c. de procuratione recepta.* Circa finem h. Th. moneo, ut caveant clerici, ne contra suam ecclesiam, à qua beneficium obtinent procuratores sint, beneficio ne per hoc se reddant indignos.

gnos. Ratio: quia beneficii collatio est quædam donatio, c. illa. 7. Ne Sede vacante aliquid innovetur. Quæ propter ingratitude potest revocari c. ult. de donat.

Th. IV. Licet ad satisfactionem obligati teneantur vel fidejussores dare, vel pignora. (vid. quæ habet Nav. in §. 2. num. 26. J. de satisfat.) tamen id Dd. limitant in clericis, à quibus non satisfatio, sed promissio juratoria oder bey Ihren Priesterlichen Ehren und Würden exigitur teste Nav. in præalleg. loc. ubi addit, quod Clerici absque jurejurando promittant, sive bona immobilia possideant, sive non. Wesemb. ad eund. §. vers. persone.

Th. V. Cum aliàs regulariter & de jure communi in quibuscunque causis omnes testimonium perhibeant, quorum fides non vacillat. l. 1. D. de testib. l. 3. §. fin. l. 21. §. 1. ibid. atque ad id cogi possint l. 16. C. eod. l. 8. l. 19. D. d. tit. Clericos tamen perhibendi testimonii causa, à muneribus suis invitos avocari non debere, docet l. 7. C. de Episcop. Ratio in eo posita est: ne eorum persona gravetur, & dignitas officii ita prostitui videatur, quod Dd. communiter intelligunt: nisi veritas aliter haberi non possit, nam tunc coram ecclesiastico Magistratu examinandos esse, docet Gailius. libr. 1. Obs. 100. n. 16. Brunneman. ad d. l. 7. C. de Episcop. Campeg. de testib. Reg. 91. n. 1. Fallent. Nov. de testib. num. 22. Prosp. Farinac. de testib. qvæst. 61. num. 83. & 97. idque per textum in can. nullus. 22. caus. 22. quest. 5.)

Notandum hic est, quod non rarò etiam clerici coram Judice ac Magistratu seculari deponant, quod fieri solet, quando Episcopus licentiam dedit judici laico, ut testem Clericum coram se ipso examinet. vid. Brunneman. ad d. l. 7. C. de Episc. Donel. l. 25. c. 14. lit. J. Campeg. de 18.

de testibus Reg. 91. in 3. fallent. Joseph. Mascard. de probat.
lib. 3. Conclus. 1358. n. 61. idque ex can. quanquam 2. in fin. ibi:
In providentia proprii Episcopi sit, aut coram se, & competentibus
judicibus, aut aliter honorificè veritatem attollant. caus. 14.
q. 2. Neque hoc etiam à jure communi alienum, quo
arbitrio judicis est commissum, an testes examinandos
aliis demandare, an verò ad se vocare velit. Nov. 90. cap.
5. Nov. 60. c. 2. Andr. Rauchb. part. 1. quest. 13. n. 41. seqq. quod
ipsum etiam in nostris territoriis observari præju-
dicis testatur Magnif. Dn. Richter ad Auth. Sed judex C. d.
Episcop. Dn. Carpz. lib. 3. Jurispr. Consistor. tit. 2. def. 24.
hoc modo rescriptum est, à Consistorio supremo Dres-
densi Georgio à Bindauff. in Hermstorff ac Pastori Ra-
debergensi Die 28. August. 1611. verb. sentent:
Obwohl die Geistlichkeit vor keinen andern / als Ih-
rer Obrigkeit in zeigniß und dergleichen Sachen zu ste-
hen Pflichtig; So seind wir doch zu frieden / das gedach-
ter Pfarrherr von Euch beyden angedachter Sachen ex-
aminiret werden möge / begehren demnach Ihr wollet
ihm auff einem gewissen Tag vor Euch bescheiden / und do
ihm die Partheyen des Zeigen Eydes nicht erlassen wollen /
Ihn alsdenn seiner Aussage / und was Ihn ferner dis Fals
obliegt / vermittelst Eydes thun lassen.

Occasione verborum finalium hujus præjudicii, &
ordine aliàs jubente, movere lubet controversiam, quã
magnis animis inter se jam pridem agitaverunt Dd: An
Clericus juramento corroborare teneatur ea, quæ ut te-
stis deposuit: Utrique & affirmativæ & negativæ senten-
tiæ Patronis non de esse fundamenta fateor. Qui ne-
gant dicunt (1.) quod hoc non admittat maxima eo-
rum dignitas, propter quam aliàs excusantur. (2.)
Eorum persona, utpote cui teste Gloss. in c. monachus verb.
compelli

compelli 77. dist. absque juramento credi oporteat. (3.)
ratio officii, propter quam majorem fidem habeant,
quam alii; testimonium siquidem quatuor clericorum,
plus valet, quam 6. laicorum. *Alex. lib. 7. Consil. 43. n.*
7. Crav. Consil. 169. n. 3. (4.) quod non verisimile sit, e-
um in minimis rebus fallere, qui nequidem in maximis
ac Divinis fallere, fuerit deprehensus. Hinc juramen-
tum nihil amplius quam temeritatem inducere dicunt.
juxta. Gloss. in Auth. qui eis. C. de nupt. vid. Schwarz. tom. 2. c.
20. n. 2. Verum salva horum opinione statuendum cum
aliis puto, clericos rectius adigi, ad præstandum *συναπ-
κόν ὄρκον*, cum etiam non minus ac privati affecti-
bus regantur, ut ita periculosum sit ipsis remittere
juramentum. *Matth. Coler. Dec. 241. num. 7.* Alias etiam
regula generalis est, quod testi injurato fides non ha-
beatur, & tota substantia depositionis, in juramento
consistat. vulgata *l. juriss. 9. §. 1. C. de testib. Can.horta-
mur 20. caus. 3. quest. 9. c. 39. extr. de testib. Baldus in l. mi-
les 3. C. de remilit. Andr. Gail. libr. 1. Obs. 107. n. 1. Hyppol.*
de Marsil. Singul. 241. n. 7. vid. Carpz. part. 1. Const. 16. def.
69. n. 6. Cum vero ab hac regula nunquam exceptæ
deprehendantur personæ ecclesiasticæ, id circo non
est, ut admittatur fallentia. *Carpz. l. 3. Jurispr. Consist. tit. 2.*
Def. 22. num. 11. non enim attenditur in jure nostro qua-
lis testis, utrum gravis & magnus, aut in sublimitate
constitutus fuerit, aut etiam præclaræ curiæ honore
præfulgeat *l. 9. C. de testib. can. hortamur. 3. quest. 9.*
can. si testes 4. q. 3. c. tuis 39. extra de testib. Eò et-
iam tendunt verba *Ordinat. Judic. Sax. tit. 20. Wenn*
es nun hierauff &c. & in verb. seqq. wenn es nun hierauff
zu Vorstellung der Zeigen kömmet/ sollen dieselben in Ge-
genwarth der Parteyen den gewöhnlichen Zeigen Eyd lei-
stens

sten/ und dessen keiner erlassen werden. vid. Nicolai in Pro-
ces. Judic. p. 1. c. 57. n. 19. Juri Canonico hoc etiam non
est contrarium, quin potius HONORIUS III. Pontifex il-
los adigendos ad hoc jubet, in c. nuper nobis 51. extra de te-
stib. in verb: Quod nullius testimonio, quantumcumq; religiosus
existat, (nisi juratus deposuerit) in alterius prejudicium credi
debeat. quod Juri Divino etiam est conveniens. Sic
Regi Joas Levitæ juraverunt. 2. Paral. 23. v. 2. Quam
tandem ob causam juramentum clerici tenuere vel-
lent: cum hoc per se malum non sit, sed saltem con-
firmatio veritatis. Cap. & si Christus. 26. circ. fin. extr. de jur.
jur. can. 3. caus. 22. q. 1. & Species cultus Divini. Setser, de
Juram. lib. 1 cap. 1. num. 1. Neque huic meæ assertioni
obstat textus in Auth. Sed Judex C. de Episc. & cler. in verb.
Sacerdotes dicant ea quæ novèrunt, non tamen jurent, tum
quod hæc verba (non tamen jurent) in Nov. 123. c. 7. ex qua
d. Auth. ab Irnerio est desumpta, non reperiantur. Borch.
d. jurejur. cap. 4. num. 13. tum quod d. Auth. agat de modo,
quod videlicet non cogantur jurare tactis scripturis
sed saltem propositis S. S. Evangeliiis Conrad Rittershus.
ad Nov. p. 1. c. 7. n. 28. Pingixerus Quest. 35. n. 28. qui di-
cit, hanc solennitatem de tangendis Evangeliiis in de-
suetudinem abiisse, & haberi certam formam jurandi,
quod videlicet testis velit veritatem dicere ejus, quod
novit, ut ipsum Deus amet, & S. S. verbum vid. Magnif.
Dn. Richterius ad Auth. sed judex C. d. Episc. Caute verò pro-
cedat judex, neque in re minima juramentum à sa-
cerdote exigat. vid. Dn. D. Struv. in suis Progymnasm. ad di-
ctam Auth. sed judex C. d. Episc. quin potius liti-
gantes, ne de posita à tanto viro in dubium voca-
re præsumant, admoneat, & quidem, eo magis,
C
quan-

quando de eorum integritate constat, eo enim casu iuramentum in re etiam majoris momenti facilius remitti potest. Sicuti olim ab Atheniensibus Xenocrati, utpote cui soli injurato credebatur, propter vitæ & morum probitatem teste *Nic. Ant. Grav.* qui conqueritur quod nostro tempore Xenocrates non reperiantur. Cæterum circa finem hujus Th. subnotandum putavi privilegium, quod Clericis in materia testimonii competere asserit *Hyppol. de Marsil. in tr. de fide jussorib. n. 124.* quod sc. licet frater non possit esse testis pro fratre *l. parentes 6. C. de testib.* tamen id fallat in Clerico, quod ipsi defendendum relinquo.

Th. VI. Inter alias immunitates, quas reverendissimis Clericis sacræ præstant constitutiones, non minima est, quod eorum causæ summarie; hoc est, absque strepitu judicii & velociter sint expediendæ. *Nov. 83. & Nov. 6. 792.* Ratio in eo consistit, ne inquietentur nimium, & ab altaribus, cultuq; per innumera illa processus solemnia avocentur.

Th. VII. Religiosis hisce personis ut eò amplius prospectum sit, sportularum in judicio solvendarum exactiorem minuendâ quoq; duxit imperator in *l. 33. §. 5.* & ante *Marcianus in l. 25. §. 2. C. de Episc.* ibi n. dicitur *in causis clericorum jubemus, ut litis sumtus vel expensæ à Clericis pauciores humanioresque præstentur.* Expenlarum vero quæsit quantitas. *Nov. 123 c. 28.* & ex ea desumpta *Auth. sed hodie C. de Episc. & cler.* demonstrat. Sc. non amplius quatuor siliquis, in quacunq; causa præstare jubentur. Ut vero siliqua quid sit, sciamus, observandum est, Autores in definienda ejusdem quantitate variare. *Gothofredus in Not. ad l. 21. §. 2. D. d. Annis legat. lit. a.* dicit quod siliqua sit 4ta pars Vnciæ. *Alciat tit. de Mellar.*

20
rallar. lib. 2. intelligit granas 4. Siliquum s. silicium uti
appellatur in l. 21. §. 1. D. d. annon. quod Græci Κοράνη
vocant apud Gallos aurifices est vicesima quarta pars
auri puri. Vid. Molin. d. Usur. n. 64. De siliquarum insu-
per exactioibus videri potest Cujac. 16. Obs. 28.
Hodie vero quas clerici solvant sportulas, videre
licet apud Magnific. Dn. Richter. ad Auth. sed ho-
die C. de Episc. & cler. Cæterum de expensis cleri-
corum sciendum est, olim propter speciale privilegi-
um litis succumbentes coactos fuisse easdem clericis
victoribus redhibere. l. 33. C. de Episc. rationem posuit
Imperator tum in eo, ut imprudens litigantium refre-
naretur audacia, tum quod ex qualitate personæ ali-
qua calumnia sit præsumenda. Quia enim clerici te-
nentur inquirere in vitia, & errantes reprehendere,
non possunt omnibus placere, HINC ODIA, uti in si-
mili dicit August. Dulcet. in tractat. de Syndic. q. 10. Ve-
rum Justinianus hoc jus commune fecit, & laicis quo-
que communicavit. l. 13. §. si autem C. de judic.

Th. VIII. Jure Civili legaliter & clementer
est constitutum, ut nemo in carcerari pro causa pecu-
niaria regulariter possit. l. 1. l. ult. qui bon. ced. poss.
Nov. 44. c. 3. Gail. libr. 1. Obs. 26. In quibus ve. o
causis hæc dispositio cesset, videre licet apud
Berlich. conclus. 28. n. 8. & seqq. Verum aliud plane de
Jure Sax. observatur, ubi debitor non solvens ad ma-
nus creditoris traditur, & tamdiu carceri includitur,
wird in den Schuld-Thurm geworffen / donec solutio
facta. Landrecht. libr. 3. art. 39. ibique Gloss. num. 3. &
Weichbildt. Art. 27. Ab hæc vero Juris Sax. disposi-
tione exemptos esse clericos affirmat Dom. Card. Tu-
schus, tom. 1. Practicar. Conclus. lib. C. conclus. 80. num. 15.
C 2 Marsil.

Marsil. in Practic. Crim. verb. attingam. n. 70. Stamm, libr. 1. de servitut. personal. c. 4. n. 20. in fin. modo non sint suspecti de fuga Franc. Marc. tom. 1. quest. 108. Anverò privilegium de non incarcerando se etiam extendat ad ea delicta, ob quæ remotio totalis locum habere non potest, quær? Affirmativam tuetur Stam. d.l. verum, cum in leviores ministrorum ecclesiæ nævos nullibi certa constituta sit pœna, utique coercitio hoc casu erit arbitraria, ideoque vel impositione carceris, vel multa pecuniaria coercenda. Bartol. in l. quid ego. 13. §. pena gravior. vers. quæro. D. de his qui not. infam. Et in l. hodie. 13. D. de pœn. Vid. Nic. Reusnerus. lib. 2. Dicis. 16. n. 3. atque hinc clericos carcere puniri videmus, quæ tamen pœna nomine honestiori solet indigitari Der Priesterliche Gehorsam / & quidem rectè, prout apparet ex ordin. Eccles. Elector. Sax. sub tit. von beyden Consistoriis zu Leipzig und Wittenberg / cap. 10. was vor Straffen das Consistorium unnd desselben assessoren zu gebrauchen haben sollen §. Denn ob sich wohl Ihr Erkändnuß. vers. So sollen Sie dennoch nichts destoweniger Geld Straffe applicandas fisco als den gemeinen Kasten / auch Gefängnuß zu sprechen / von Uns hiermit Gewalt und Macht haben. Vid. Carpz. Jurispr. Consistor. lib. 3. tit. 10. def. 117. qui exhibet præjudicium quod Sereniss. Sax. Elector rescripsit in causa Die ein Gepsarten zu L. und S. an einen / den Pfarrer herr David W. daselbsten anders Theils belangende / die 19. Jun. 1622. (verba rescript.) Dierviel beklagter der angebrachten excessen nicht allerding in Abrede gewesen / unñ hinführo besserung zugesagt; so ist ime nach scharfen Verweis solche bey verlust seines dienstes und zukünftigen Beföderung auferlegt / Er auch andern zum Exempel hierüber

über in dem Priesterlichen Gehorsam gewiesenen Worten/2c.

Th. IX. Quamvis jure Civili si quis in aliquo loco solutionē facere promisit in illo loco arrestari, & personaliter detineri non possit, propter cessionē bonorum, quā se liberare potest. *l. 1. sub fin. l. ult. post pr. C. qui bon. cedere poss. Nov. 135. c. 1. Köppen. Decis. 29. num. 1. & seqq.* Augustus tamen Elector Saxon. Specialiter constituit, ut illi, qui in alieno loco contrahentes se ibidem soluturos promiserunt, tam diu, donec sufficienter caverint, in illo loco arrestari, & detineri possint *Nov. Elect. p. 1. const. 30. post pr. vers.* Das alle die Personen ibi Daniel Möller, *in commentar. n. 1.* Ab hac verò Juris Sax. dispositione etiam hodiè liberatos esse clericos cū aliis personis, ut puta comitibus, nobilibus, Ambassiatoribus, legatis & similibus pulcherrime tradit Petrus Peck, *de jure sistendi c. 4. n. 14. & seqq. c. si diligentius 12. c. significat. 18. c. quod clericus, 9. extr. a de for. comp. Coler de process. Execut. part. 2. c. 3. num. 158.* & hoc omninò verum est, licet vel maximè contradicat Chassaneus (qui ita in curia Parisiensi observari testatur) *in Consuetud. Burgund. rubr. 5. tit. des. rents. vendues. à re acchept. §. 2. n. 15.*

Th. X. Cum regulariter debitores in solidum atque integrum condemnentur *l. sunt qui 16. l. 21. l. 25. l. 41. D. de re judic. l. 49. D. de pact. & condemnatio non in quantū reus facere potest, sed quantum actoris interest fieri soleat l. si Kalendis D. d. i.* Clericus tamen eatenus tantum, quantum facere potest,olvere cogitur *c. Odoradus 3. extra de Solut. c. olim vobis 16. Ubi Panorm. n. 8. d. estit. spoliat c. 3. solut. 1. Zanger. d. Excep. part. 2. c. 15. n. 12. Stamm. libr. 1. de Servitut. person. c. 4. n. 20.* hoc est, non tantū quod habet ei extorquendum est, sed illius ratio habēda est, ne egeat. *l. 173. D. de R. l. 1. inter eos 19. in fin. D. d. rejud.* Multi equidem Dd, hic insurgunt, & negant privi-

C 3

legi

60.



legium armatis militibus per l. 6. § 18. D. de re judic. indul-
tū, etiam togatis, & cœlestis militiæ hominibus, puta,
advocatis, Scholaribus, & clericis competere, uti videre
est apud Matth. Berlich. part. 1. conclus. 80. num. 55. Joh.
Harppr. ad §. 38. J. de Act. num. 13. Finckelth. sel. Obs. II. 3. n. 15.
seqq. Georg. Acad. Enenckel. tr. de privileg. milit. lib. 2. priv.
19. n. 6. Verum cum non minus hi provideant huma-
no generi, quam si præliis atque vulneribus patriam
parentesque tuerentur. l. 14. C. de Advoc. divers.
judic. Ob paritatem rationis, exceptionem hanc dedu-
ctionis eis competere cum Covarruv. 2. variar. resolut. c. 1.
n. 4. existimo. Sunt, qui de Doctoribus Theologiæ
negant. Berlich. d. l. verum non attentis eorum fun-
damentis, clericis hanc exceptionem propter ratio-
nis identitatem cum Magnif. Dn. Richtero Decis. 24. n. 2.
§ seqq. assigno, maxime, cum Doctorum The-
ologiæ labores generi humano longè magis sint pro-
ficui, quam unquam fuit studium maximi Jcti Matth.
Brun. de cess. bon. q. 10. § 4. pr. num. 1. Ludov. à Peg. De-
cis. 163. num. 1. uti secundum hanc sententiam respon-
derunt Scab. Lips. Welches beneficium competentia
denen Illustribus, Adels Personen/Doctoribus und Cle-
ricis nach gemeinen Wahn der Rechtsgelehrten heutiges
tages auch auf Sächsischen Boden gleichfalls und nicht we-
niger als denen Krieger-Leuten zustehet vid. Beat. Dn. Carpz.
p. 1. const. 32. Def. 18. Dn. Phillip. in Usu Practic. ad §. 36.
J. de act. Qr. hic à Dd, de quibusnam debitis hoc sit in-
telligendum? Ego potius de omni clericorum debi-
to, tam in clericatu, quam extra eum contracto, hoc in-
telligerem, cum leges, quæ hoc privilegium per indi-
rectum concedunt, indistinctè loquantur, lege itaque
non

non distinguente, & meum distinguere haud erit. *vid. Gloss. in l. miles. 6. D. de re judic.*

Th. XI. Licet ille qui alteri injuriam infert, injuriarum tantum teneatur *Inst. Dig. & Cod. jure*, tamen hanc actionem, & quam secum trahit poenam, cessare videmus eo casu, ubi personae clericali injuria illata est, tunc enim offensor non injuriam sed Sacrilegium commisisse dicitur *l. 10. C. de Episc. Halbritter. in Orat. de privileg. Dd. fol. 321. n. 8.* Ratio est tum maxima eorum dignitas. *Tiraq. in tr. de Nob. tum delicti qualitas, totam enim Ecclesiam tangit. Dec. tr. Crim. l. 6. c. 24. n. 9.* Cum itaque vis illata clerico sit species sacrilegii, quam vis generalius dicti *Men. l. 2. de A. I. E. cas. 389. n. 13.* quaeritur an offensor etiam ultra deprecationem publicam ad quam ob scandalum datum obstrictus est, *vid. Dedekenn. vol. 1. Consil. Theol. part. 3. sect. 3. n. 18. fol. 704. n. 19. fol. 705.* gladio sit feriendus? Multi non sine judicio affirmant, *vid. Tiber. Dec. in tr. Crim. lib. 7. c. 24. n. 3. & 9. Math. Coler. part. 1. Decis. 178. n. 1. Petr. Anchoran. Consil. 15. conclus. 20. n. 28. idq. per textum in l. si quis in hoc genus 10. C. de Episc. ibi: Si vel Sacerdotibus & ministris: vel ipsi cultui locoq. aliqua irrogetur injuria, jubetur praeses capitali sententia vindicare.* Ratio hujus poenae clara est ex *can. si quis fradente 19. §. quia d. Eccles. causa 17. quest. 4.* Quia scilicet hoc delictum in crimen laesae majestatis Divinae incidit, ut ita mirum non sit, reum ultimo supplicio sub jacere, quod cum aliis juris textibus quoq. convenit. *vid. l. 5. infm. C. d. bis qui ad Eccles. conf. Auth. sed novo jure C. d. Episc. Nov. 123. c. 1.* Alii quos refert *Brnneman in commentar. ad d. l. 10. C. de Episc.* restringunt hanc sententiam ad certa quaedam requisita quorum (1) ut non verbis tantum, sed & verberibus sit offensus, (2) Ut offensio sit facta in loco ecclesiae

clesiaz. (3) eo tempore quo sacra tractabat & (4) Ut
per hoc sacra, litania sc. vel alia sint turbata; tunc enim
demum cum Baldo in l. Si quis in hoc genus 20. C. de Episc. ad
capitis pœnam perveniendum esse, dicti auctores re-
ctissime existimant, ita scilicet, ut gladio feriantur tam
invalores, quam mandatores, & auxiliares, id quod
inter alios etiam probat & præjudicio confirmat Co-
lerus p. 1. Dec. 178. & Richterius add. Auth. qui ex Carpz.
jurispr. Consistorial. lib. 3. tit. 8. Def. 95. testatur, quod scabini
Lipsienses gladii pœnam dictaverint alicui, qui templo
pastoré, ligno ingenti per cutiedos. baptisma turbave-
rat. Constat hoc præjudicium hisce formalibus wurde
N. N. auff den von seinet wegen gethanen und eingebrachtē
Belanthis vor Gerichte freywillig verharren / oder des
sonsten wie recht überwiesen / das als der Priester und Ca-
plan / davon in actis und seine b.kenntniß gemeldet / in der
Kirchen gestanden / und ein Kind zutausen aufgefangen / Er
Inquisit einen Jungen mit 2. Pferden vor der Kirchen hal-
ten lassen / und seine andern Diener und Pferde vor das
Chor geschicket / und in Stiefeln und Sporen in der Kir-
chen gegangen / einen grossen Prügel in der Hand habend /
und als er den Caplan in der Kirche gefunden / hingetretten /
denselben mit einer grossen Peitsche auff die Haut gehauen /
und mit dem Prügel niedergeschlagen / und die Tauffe
verhindert. So wurde er von wegen solcher in der Kirchen
an dem Priester verübten und begangener Gewalt / Ver-
hinderung und Turbierung des heiligen Göttlichen Sa-
craments der Christlichen Tauffe / alles seinet wegen ge-
schebenen einwendens ungeachtet mit dem Schwerdte von
Leben zum Tode villig bestraffet B. R. W. Nequaquam
tam rigorosè animadvertendum est in eos, qui vio-
lant & lædunt clericos, si unicum saltem ex dictis
requi-

requisitis deficiat. Licet enim injuria clerico illata sit atrox l. 4. C. de Injur. vid. Brunnem. ad d. l. & uti supra monitum, totam ecclesiam tangat. Marant. p. 6. tit. & pervenitur aliquando per viam inquisit. n. 143. Farinac. q. 105. n. 159. tamen non statim mortis naturalis, sed civilis, exilii sc. vel anathematis. can. si quis suadente. c. 17. q. 4. aut etiam planè arbitrariæ poenæ Math. Coler. Decis. 178. n. 3. locum esse existimo. vid. Magnific. Dn. Richter. ad d. Avth. Decretum factum in Comitibus de pace religionis ap. Schleidan. lib. ult. Cæterum, an Clericum, habitu laicali incedentem offendens subjaceat etiam poenæ exilii, vel anathematis, videndum. Negativam optimam esse cum Johanne de Turrecrem. in c. si quis suadente diab. 17. n. 4. & Job. Lupp. in tr. de liber. Eccles. existimo, præsertim si ter monitus fuit, ut habetur in c. contingit. & c. inaudientiam. de sent. excomm. vel arma ferebat, ut notatur per Job. de Ligna.

Th. XII. Cum explicata in Th. præced. referantur ad casum, ubi clericus fuit injuriatus, agendum nunc de casu, ubi clericus alios injuria affecit, circa quem notandum, quod non statim actio injuriarum contra ecclesiæ ministros sit permittenda, sed potius amicabilis litis compositio, juris communis dispositione ita jubente, tentanda. c. 1. de mut. pet. c. ult. de transact. can. si illis 23. q. 4. l. æquissimum D. de Usuris. Injuriatus verò si eam acceptare nolit, deque animo injuriandi serio constet, tunc actio injuriarum permittitur adversus ecclesiæ ministrum. Sed an ad palinodiam Ob der Gescholtene auff einen Widerruf klagen könne? controversatur. Prosper. Farinac. in sua Practic. Crim. part. 3. q. 105. n. 75. ibi. Secundo in clerico: & seqq. Ignat. Lopez. (ubi ita in Praxi receptum esse testatur) in addit ad. Diaz. in Practic

D

Crim

*Crim. Canonic, cap. 66. rubr. de Maledic. lit. R. usque ad fin. & Math. Berlich. part. 5. conclus. 62. n. 21. clericis tribuit exemptionem à palinodiæ præstatione. Verum, ex quara-
tione, non satis apparet. Movent equidem hoc, & di-
cunt quod scandalum metuendum sit propter infamiam
quæ palinodiam sequitur. l. 5. §. si quis. 9. in fin. D. de in-
jur. l. 1. vers. in injuriarum D. de his qui not. infam. Jul. Clar.
lib. 5. Sent. §. injuria, & efficiat ne sacra tractare possint.
Verum hoc parum obesse monet Carpz. cum judex mi-
nistro ecclesiæ, ad palinodiam condemnato, existima-
tionem honoris reservare possit. vid. etiam Andr. Gail.
lib. 1. obs. 65. n. 5. vers. attamen in sententia. D. Moller. ad
const. Elector. 42. n. 17. p. 4. Nullibi enim à generali
sanctione, qua injuriantes ad recantationem obli-
gantur, clerici reperiuntur excepti; quare nec eos
ab hac pœna immunes esse absque juris autoritate as-
serere licet. l. 5. C. de repud. c. is qui in eccles. 18. in fin. pr.
extra de sent. excommun. in 610. quin potius dicendum, eos
comprehensos esse in verbis illis generalibus const. Ele-
tor. 42. p. 4. Daß ein ieglicher wey der auch sey / etc.
cum expressum nominetur & id, quod generalibus
verbis comprehenditur. Bartol. in l. Prætor ait. 20. §. 1.
n. 1. D. de Nov. oper. nunc. Henning. Gaden. conf. 4. n. 10.
Alexand. lib. 5. conf. 75. n. 11. & 13. Secundum quam
sententiam etiam respondisse Scab. Lips. Mens. Apri-
li 1630. testatur Carpz. in Prax. Crim. part. 2. quæst. 96. n.
20. Observandum verò & pro cautela notandum,
quod clerici facile à se declinare valeant hanc palino-
diæ ignominiam, si sc. ante litis contestationem pro-
pria sponte coram judice ad firmant, & profitentur, se
ab actore nihil quicquam contra bonum ac honesti vi-
ri officium scire ac proferre posse. Tunc enim actor
etiam*

etiam nolens contentus esse debet, sicuti hac de re ex-
tat constitutio expressa in ordinat. provincial. de Anno
1549. tit. Von Schmehe Sachen §. wird sich auch der
Beschlagte erbiehen/ &c. neque actor admittitur ad ulteri-
orem litis prosecutionem, cujus tamen limitationem
vide apud Carpz. in Practic. Crim. part. 2. q. 97. num. 16.
& seqq.

Th. XIII. Licet testis vacillans, mentiens &
fallens tormentis subijci possit. l. 21. §. 2. D. de testib. Si
veritas aliter haberi non potest. Presbyter tamen te-
stis licet vacillet in dictis suis, torqueri non potest. l. 8.
C. de Episc. licet salva sit partibus querela falsi. vid. plu-
ribus Brunneemannum ad d. l. 8. Queritur autem an de
aliis clericis & hoc sit affirmandum? Hippolyt. de
Marsil. tract. de fidejuss. n. 126. & Pract. crim. §. nunc viden-
dum. n. 51. & §. expedita. n. 40. & singul. ss. in cap. advertas
ad unum. de omnibus clericis sentit, verum contrariam
sibi habet communem Doctorum Scholam propter ex-
pressam legem 8. C. de Episcop. quæ aperte inferiores
clericos excludit Vid. Carpz. Prax. Crim. part. 3. q. 118.
n. 89. qui latius hanc materiam tractat, & clericos rectis-
sime torturæ subijci affirmat.

Th. XIV. In furto, blasphemia, adulterio,
& aliis criminibus publicis clerici in quantum sint privi-
legiati videndum est. Primam quæstionem An scili-
cet clerici à pœna suspendii sint immunes, quod attinet,
sciendum de illa, quosdam Dd. statuere personas ec-
clesiasticas ab hoc ignominiosissimo, vilissimo & fœ-
dissimo suspendii supplicio esse immunes. Chassan. ad
consuetud. Burg. rubr. 1. §. 5. verb. nisi habeant abolitionem.
n. 44. quem sequitur Math. Berlich. part. 5. conclus. 44. n.
56. rationem ponunt in maxima eorum dignitate &

D 2

favo-

60.



favore, quo eos prosequi nunquam non convenit. Verum nunquam sibi possunt de eo honore blandiri, qui se ipsos furti maculâ indignos fecerunt, uti elegantissimè loquitur *Imp. Gratian. Valent. & Theodos. in l. iudices. 12. C. de dignit.* Neque honor potest excusationi unquam esse, cum multo magis pœna digni sint, quibus complurimum honoris tributum est, si occulto inveniuntur in crimine. *l. 8. in. fin. C. de Episcop.* Ut itaque rectissimè statuatur, qui dicunt, suspendio propter furtum necandos esse. Cum nullibi à pœna furibus in *Ord. CAROLIV. & Const. Elector. Sax. 32. part. 4.* dictata inveniuntur excepti. Neque obstant verba *Ordin. Carol. V. Imp. in art. 105.* mehr soll ermessen werden der Stand und das Wesen der Person so gestohlen hat / cum potius testantibus criminalis de qualitate animi, & imbecillitate iudicii, quam conditione status accipienda sint. Audiendus hic est *Andr. Gail. lib. 2. obs. 100. in fin.* qui de iudicio divino dicit: id nullam personarum differentiam attendere, sed animam quæ peccaverit ipsam morituram. His præmissis, facilis erit decisio quæstionis, an clericus in blasphemia ab ordinaria pœna excusetur? Negativam rectissimè fovet *Dn. Moller. ad const. Elector. 1. part. 4. n. 7. Matth. Berlich. conclus. 1. n. 109. pr. parte 4. Dn. Carpz. Practic. Crim. part. 1. q. 45. n. 48.* Quis enim dicunt non animadvertit clericos longè gravius blasphemando delinquere laicis, ut qui non solum in sacro baptismo Deo fidem promiserunt, sed postea etiam in peculiari voto ejus majestatem sanctè venerari, ejusque honorem defendere polliciti fuerunt, ut meritò si non severiori, pari tamen pœna, qua laici tenentur, ob commissam blasphemiam plecti debeant. Id quod confirmavit
Imp.

Imp. Max. I. in recess. Trevir. & Coloniens. de Anno
1512. tit. Von den Gotteslästern §. und sollen die Thäter /
so die Geistlich wären / von der Geistlichen / und die Welt-
lich / von der Weltlichen Obrigkeit an dem Ende do solche
Sünde begangen / gestraffet werden. licet Dd. Juris Ponti-
ficii, rationem ordinis clericalis habentes, contra di-
cant. *Abb. in c. statuimus. 2. extra de maled. n. 8. Jul.*
clar. in Practic. crim. §. blasphemia. n. 3. vers. quæ tn. pæ-
na non habet locum. Sicuti etiam in crimine adulterii e-
os ab ordinaria pœna absolvunt, & tantum facta depo-
sitione, in monasterium detrudi volunt, per express. c.
Si quis clericus. 10. & c. romanus 11. distinct. 81. Andr. Tiraquell.
de LL. connub. in l. 13. Cùm verò pœna gladii in adul-
teros indifferenter sit statuta l. 30. C. ad L. Jul. de Adulter.
privilegium etiam speciale non inveniamus *vid. Ord.*
Elect. Sax. Eccles. tit. Von beyden Consistoriis &c. idcirco
eos pœnæ ordinariæ subjacere assero cum Matth. Coler.
p. 1. decis. 176. & Carpz. Pract. crim. p. 1. q. 45.

CAP. III.

AGENS

DE PRIVILEGIIS CLERICORUM EXTRAJUDICIALIBUS.

Th. I.

Actum est hætenus de privilegiis clericis in causis ju-
dicialibus competentibus, sequuntur nunc privile-
gia illa, quæ extra judicium competunt, inter quæ pri-
mum est, exemptio à tributi solutione, quæ religiosis his-
ce viris indulta l. 5. C. de SS. Eccles. l. omnes. 33. §. 7. C. de
Episcop. & cler. c. non minus, ibi: absque ulla exactio-

D 3

ne

*se & c. adversus. ibi : absque ulla exactione extra de
immunit. Eccles. Confirmat hanc Modest. Pistor. conclus. 13.
n. 5. ibi : So ist verordnet/und ausgesaget / daß man die
Geistlichen/oder ihre Güter/durch keinerley Wege mit einer
Steuer oder Auflage solle beschwehren / ausgenommen
das was Sie selbst aus guten und freyen Willen ungefor-
dert / und ungetrungen zugeben willigen. Hinc quando
magistratus clericos ad præstandum tributum adigit,
tunc repetere possunt, non modò cōdictione indebiti,
sed etiam magistratus districtione anathematis c. non
minus. 4. vers. quo circa sub anathematis districtione fieri ta-
lia prohibemus. Roland. à Valle consil. 32. n. 7. vol. 1. Vasq. 3.
illustr. Quæst. 105. n. 45. & seqq. ve etiam restitutione du-
pli 2. Feud. 53. §. 2. vers. illicitas. aut tripli, Avth. Item
nulla communitas. C. de Episc. punitur. Est verò hæc
exemptio fundata non modò injure civili & canon. Sed
& jure Divino, Josephus enim cum Ægyptum fecisset
tributariam, terram sacerdotum excepit, quam voluit
esse liberam. Gen. 47. vers. 26. quod quidem absque li-
mitatione non procedit. Ubiunque enim utilitas
communis laicorum & clericorum versatur, ibi etiam
onus erit commune. per textum in l 5. ubi Dd. communiter C.
de SS. Eccles. l. modicos. l. ult. C. de Professor. & Med. l. omnes.
5. C. de annon. & trib. Petr. Heig. p. 1. q. 17. & 18. Hinc si
prava quædam societas incenderet vel devastaret ter-
ritorium & civitates, in quibus ecclesia multas haberet
possessiones, ipsa ecclesia, & clerici quoque contribue-
re, essent obligati, vid. c. significasti, extra de censib. Sicuti
ad contributionem Turcicam, uti patet ex decretis
comitiorum de Anno 1500. §. Item ist auch angesehen / &
passim Anno 1554. §. und nemlich sollen auch alle Stifftes/
Capitul/ Clöster/ Ded. n. Luth/ Kirchen und Spital / sie
sind*

seind in Städten/oder anderswo/Geistliche/und Weltliche
Brüderschaften &c. Reichs-Abschied de Anno 1582.
§. und demnach sollen. & aliis, maximè etiam recessu Im-
perii VVormatiens. de Anno 1495. tit. von den gemeinen
Pfennig. in pr. ibi. Alle und iegliche Menschen/sie seind
Geistliche oder Weltliche / wes Würdens / Ordens / oder
Wesens sie seind/niemand ausgeschlossen. Privilegium enim
concessū à munerib9 aut collectis ordinariis vel extra-
ordinariis non extenditur ad onera, quæ pro salute rei-
publ. ob casū insolitū, de quo ab initio verosimiliter non
fuit cogitatum, veniunt suscipienda. *Ludolph. Schrader. de
Feudis. part. 10. Sect. 1. n. 130. Octav. Cacheran. Decis. 36. §.
68. Plot. de in lit. jur. §. 1. n. 17.* alias etiam necessitas om-
nibus derogat legibus, omnemque excludit immuni-
tatem *VVesenb. vol. 1. consil. 40. n. 28.* Unde fit, ut quæ-
cunque personæ privilegiatæ immunes à tributi præ-
statione, tali eveniente casu non sint. Exemplo no-
bis sint nobiles, qui, etsi ratione bonorum Feudalium à
contributione vacationem habeant, *Everhard. à VVeibe
intr. de subsid. cap. 4. n. 66. Albert. Brun. Consil. 103. n. 7.*
tamen in casu necessitatis sicuti clerici nequaquam sunt
exempti. *Matth. VVes. de Feud. c. 10. n. 18. Jacob. de S. Ge-
org. in tractat. de Homag. Gloss. 1. n. 36. Heig. Quest. 18. n. 23.*
Quærunt verò hoc loco Dd. an immunitas à tributis e-
tiam extendatur ad clericorum prædia propria &
patrimonialia. Communiter respondent quod non
per expressam *l. 3. C. de Episcop.* Notandum circa
hanc materiam quod clerici non semper in casu
hostilis incursionis contribuant. Quando enim ex
periculo quodam provinciæ interitus non metuitur, aut
id, propter quod contribuitur modica collecta averti
potest, tunc clerici propter cessantem rationem non
con-

Contribuunt, sicuti Sereniss. Sax. Elector Quaestori
in Helldringen rescripsit. die 11. Maj. 1635.

Th. II. A muneribus publicis cum etiam cleri-
ci vacationem habere dicantur, sciendum est, illa confi-
stere non in realibus seu patrimonialibus *vid. Klok. c. 2.
n. 228.* Sed potius personalibus *l. 5. C. d. Episc.* iisque
tum onerosis, ut tutela & cura, tum onerosis & sordi-
dis simul, ut arena fodienda, calce coquenda & aliis in
l. 12. C. de Excus. muner. enarratis. Humilioribus enim
personis angaria hæc munera (quæ ita dicuntur, à
vocabulo ango, quod idem est quam astringo, sicuti
sumi videmus in passione Domini, ubi dicitur: ad feren-
dum Christi crucem angariaverunt quendam Simo-
nem. *vid. etiam Magnif. Dn. Presid. in Commentar. ad Au-
ream Bull. Exoter. Exerc. 13. in fin.*) sunt deferenda *l. humi-
liores. 14. C. de suscept. prepos.* nequaquam verò clericis ve-
nerabilibus *l. 2. C. de Episcop.* sicuti nec ea propter quæ
aliis derelictis Dei omnipotentis ministris, ea quæ par-
est diligentia, vacare non possunt. *c. ult. dist. 88. & c. Cy-
prianus 21. q. 3.* Inde fit, ut (liceat quædam exempla mune-
rum personalium exponere) TUTELÆ, ejusque vel
majorum vel minorum, ipso jure sint expertes *l. 52. C. de
Episc. & cler.* ita, ut necesse non habeant, sese intra consti-
tuta tempora 50. dierum excusare. *Gloss. ad. d. l.* Scien-
dum vero quod Imperator in d. l. non prohibuerit dictis
personis suo favori renunciare, & munus tutelæ vel cu-
ræ suscipere, cum regula sit notissima: omnes licen-
tiam habere juri suo renunciare. Videtur hic obstare
can. per venit. dist. 86. ubi dicitur, in concilio Chalcedo-
nensi decretum esse, quod Clerici legibus ad mino-
rum tutelas inexcusabiles attrahantur. Ex quibus
verbis videtur derogatum esse, *l. 52. & Arch. Presby-
teros*

250
veros *C. de Episcop.* verum cum ille Canon sit antiquior, uti patet tam ex chronologia quam ex *Nov. 131. c. 1. Gl. 7. §. 3. C. de summa Trinit.* ubi hujus Synodi facta est mentio, hinc patet, per eam non esse abrogatam *d. Arch.* Aliter respondet *Rittershus. in exposit. Novellar. p. 8. c. 1. n. 14. sc. allegatum c. ult.* intelligendum esse de certis necessitatis casibus in eo expressis, quod sc. clericis etiam invitis imponi atque deferri possit tutela earum personarum, quæ indefensæ sunt.

Quæritur verò an tutela ante clericatum suscepta, eo superveniente finiatur? Affirmatur, tum propter jam traditam rationem, ob quam sc. hoc privilegium concessum, tum propter *arg. §. 14. J. d. legat. Gl. 82. in pr. D. de leg. 2.* ex quibus textibus colligitur, ea, quæ ab initio constiterunt, extingui & evanescere, si eam in causam venerint, à qua incipere non potuerunt. Vid. *Magnific. Dn. Richter. in Exposit. Arch. Presbyteros C. de Episcop.* qui etiam de nostris ecclesiæ ministris affirmat, quod, nisi velint, non teneantur suscipere aliquam tutelam.

Th. III. Ut unicum saltem exemplum munerum personalium adhuc proponatur, sciendum, clericos immunitatem habere à pastione pecorum, quando ipsi met incolæ justa serie pecora pascunt. Wenn die Bauern das Viehe umb die Zechen hüten / iis enim negotiis omnibus abstinere jubentur, quibus officii administratio impeditur. Juris etiam aliàs est manifesti, quod non in excubiis pecorum, sed personarum stare debeant. Has obrationes *Serenis. Sax. Elector. Constit. Eccles. artic. 40.* expressis verbis decidere hoc modo voluit: Mit der Vieh Hut soll es so viel möglich also gehalten werden / daß wo die Bauern das Viehe umb die Zechen hüten

ten beydes der Dorff-Pfarre und custodes derselben Zech-
Hut gefreyet und entnommen sein sollen / & in verbis:
Derowegen Sie mit der Zech Hut nicht beschweret wer-
den &c. Ubi rationem addit vers. Denn weil solche
Personen zum Kirchen Dienst beschieden / und verordnet
sind / und warten müssen / welche Stunde Sie Kinder tauf-
fen / oder zum Krancken in Todesnöthen erfordert werden /
können Sie nicht zugleich auff solch ihr Ambt warten / und
das Viehe hüten. hoc autem procedit, ut monitum,
quando rustici pecora iusta serie pascunt. Si vero
pastorem communem ad pascenda pecora conduxerint, ministri ecclesie non minus ac alii mercedem sol-
vere tenentur, propter cessantem rationem immuni-
tatis, non enim arcentur si pastor conductitius operas
impendit. Vid. hoc privilegium latius tractantem Dn.
Carpz. *Jurispr. Cons. l. 1. tit. 8. Def. 124.* Plura munerum
personalium exempla exponere è re non putavi, quin
potius B. Lector ea ex Alleg. l. 12. C. de Excus. Mun. &
Ordinat. Eccles. Elect. Sax. tit. Von immunitatibus
und Freyheiten der Kirchen. Diener S. Darneben sollen
unsere Kirchen-Diener in Städten / und Dörffern / aller
persönllicher bürden als wachen / Gerichts-Folge vor Ihre
Person befreyet sein. &c. colliget.

Th. IV. Onus hinc temporibus omnium ma-
ximum est præstatio mercatorum, hoc est hospitiorum,
quæ supervenientibus militibus præbentur, vulgo die
einquartierung Dionys. Gothofred. in rubr. C. de mercat. & Epi-
demetic. Ab hoc verò immunes sunt venerabiles ec-
clesiæ ministri. l. 1. C. de Episc. ibi. neque hospites suscipie-
ris. c. 1. & 2. de Immunitatib. Christ. Dec. Belgic. vol. 2. Dec.
2. n. 2. Flores de Mena. l. 2. Quest. 21. n. 207. Johan. Otto Ta-
bor *tr. de mercat.* cujus ratio hæc esse potest, ne à militi-
bus

bus impediti, eorumque consortio gravati, avocentur
à functione sua *l. 52. C. de Episc.* Sat enim est mini-
ster Ecclesiae si subeat spiritualia, *Paul. de Castr. Consil. 300.*
Dubitant hic Dd. de veritate hujus asserti, & oppo-
nunt, quod praestatio metatorum inter onera patri-
monialia seu realia referatur. *l. 3. C. de muner. & honor. à*
quibus clerici non eximuntur. *per l. 3. C. de Episc.* respon-
siones vid. in *Brunnemannio ad d. l. & Dn. Carpz. Jurispr.*
Consist. tit. 8. def. 123. qui hodiernis moribus mixtum esse
dicit, & addit, quod verum sit, sive personale, sive rea-
le sit onus praestatio metatorum, cum eis sit in dultum
tum propter personam quam repraesentant privilegia-
tam, tum propter domum pastorem, ab ejusmodi
oneribus alias immunem & liberam. Quæritur verò
an privilegium hoc cesset in ædibus clericorum priva-
tis, & propriis. Affirmat hoc *Carpz.* & expresse ita ab *E-*
lectore Sax. tit. Von immunitatibus und Freyheiten der
Kirchen-Diener & darneben statutum esse ostendit. In-
quirunt hic, Dd. an privilegia hæc etiam transeant
ad uxorem & liberos? Distingunt communiter cum
Cyno & Castr. n. 12. Aut competunt privilegia ratione
dignitatis, aut ratione officii. Si ratione dignitatis,
tunc ad filios etiam post mortem patris transeunt. *l. fæ-*
mine. D. de Senat. Si ratione officii, tunc familiae
tantum competunt vivente patre vid. *Card. Tuschus. cons.*
746. lit. P. & Menoch. lib. 3. præf. 103.

Th. V. A pastoribus cum percipiantur bona
spiritualia, æquitati omnino est conveniens, ut illis tri-
buantur carnalia, lege gratitudinis. *1. ad Cor. 9. vers. 11.*
Theodor. Reink. de Regim. Eccles. lib. 3. Class. 1. cap. 8. n. 2.
Hic agnovit Serenissimus Sax. Elector. quando pa-
ganos pariter ac oppidanos pastores libero potu frui

E 2

voluit

voluit in Ordin. Eccles. tit. Von immunitatibus und
Freiheiten der Kirchen-Diener fol. 95. §. So wollen wir
auch &c. consistit vero privilegiū hoc potius à collectis
liberi in doliōrum quorundam à Consistorio supremo
definiendo numero Jacob. Schult. in addit ad Modest. Pist.
p. 3. q. 104. n. 9. Quæritur hic à Dd. maximè autem
Carpzovio qui hoc privilegium prolixius tractat.
An Elector eos etiam potuerit ab hoc onere eximere?
& Resp. potuisse, cum immunitate à collectis fruantur
illi, quibus vacatio hæc à principe per privilegium
concessa. l. 11. D. de vacat. & excusat. mun. l. unic. C. de his
qui à princip. vacat. accep. Neque contrariatur huic as-
sertioni textus l. 10. C. de SS. Eccles. l. 7. C. de annon. & trib.
l. ult. C. de divers. prad. urb. & rust. quibus immunitatem
à collectis concessam à principe subsistere non posse
contendit Aegid. Thomas. in tractat. de munerib. patrim. §.
nobilitas. n. 17. Sed Resp. distinguendo inter collectam,
quam summa necessitas publica imperari facit, & eam
contributionem, quæ quidem ob publicam utilitatem
inducitur, at non extrema necessitate exigente, ab il-
la immunitas præstari non potest. per leges opposit. ab
hac verò potest concedi. l. 11. D. de vacat. & excus. mun.
Caveant verò clerici excedere terminos præscriptos,
neque, maximè in ædibus parochianis, tabernam cere-
visariam exigere præsumant. Ordin. Elect. Sax. Ec-
clesiast. artic. general. 16. §. Es sollen auch &c. Cum
non sit decens, derelinquere verbum Dei, & ministra-
re mensis. Act. 6. vers. 7. vid. Carpz. Jurispr. Confest. tit. 9.
def. 149.

Th. VI. Cum reverendissimis clericis compe-
tat beneficium quasi castrensis peculii. l. 34. C. de Episc.
Hippolyt. de Marsil. tr. de fidejussor. n. 121. Philip. Decius
super

super Cod. l. senium 3. qui testam. fac. poss. n. 14. idcirco
quid operetur, videndum. Effectus primus est, quod
contra juris communis dispositionem in pr. J. quib. non
est permiss. fac. testam. possint filii fam. vel inter vivos,
vel mortis causa, vel quovis modo, ratione tamen qua-
si castrensis peculii disponere d. l. 34. C. de Episc. ad-
eò, ut eorum testamenta non subjaceant querelæ inof-
ficiosi testam. l. 50. C. de Episc. Prius Imperator Jus
commune fecit l. ult. in fin. C. de inoffic. testam. posteri-
us verò per Nov. 123. c. 19. & Auth. Presbyteros C. de E-
pisc. in hoc mutavit, ut liberis, & parentibus, legitima
debeat relinqui; Circa fratres hoc in casu idem quod
ante observabatur, obtinet. Perez. ad tit. C. de inoffic. test.
n. 16. Bruunemann. ad l. fin. C. de inoffic. testam. Hic sci-
endum, quod Clerici jure Cod. non habeant facultatē de
bonis, ecclesiæ intuitu acquisitis, testandi, adeoque ho-
diè generali consuetudine testandi licentiam sibi sal-
tim arrogaverint, de qua dicitur, quod facilè foret to-
leranda, si in pias causas disponderent. Sed videmus
quod iis contemptis, sæpè avaritiæ studeant, & magis
propinquorum commodis conentur prospicere ex
patrimonio Ecclesiæ. Covarr. c. 7. de testib. Hic opp:
à Dd. quod testari non possit filius clericus arg. c. quia
nos. 9. extra de testam. Sed respondet Maresius in Cochi.
Inst. Jur. Can. lib. 2. tit. 18. quod clericus testari possit de
suis, non verò de iis, quæ sunt ecclesiæ. (2.) Obser-
vandum circa privilegium quasi castrensis peculii,
quod filii fam. in potestate parentum constituti, quic-
quid acquirunt, acquirant patri, adeo, ut liceat deteri-
orem conditionem facere. l. 4. §. ult. D. de dol. mal. ex-
cept. Id tamen quod in quasi militia acquisivit clericus,
est ejus proprium, ita ut patri nihil Juris in re illa com-
petat.

petat. arg. l. errat. C. de Castr. Pec. & propterea pater
neque adimere, neque patris creditores id vendere vel
aliter inquietare possint l. 12. D. de Castr. Pec. (3.) O-
peratur hoc privilegium insuper, ut, & si lis nobis nulla
esse possit cum eo, quem in potestate habemus. l. 4. D.
de judic. l. actiones D. de Obs. & act. in peculio tamen Ca-
strensi filium clericum patrem convenire posse, juris
manifesti est, & patet ex l. 4. l. 52. §. idem dicendum & seq.
D. de furt. l. 10. in fin. D. de fidei. l. 6. C. de bon. qua. lib.
l. 8. in pr. D. de injus. voc. (IV.) observetur licet inter pa-
trem & filium lis non consistat, tamen in rebus qua-
si castrensibus fieri posse l. 2. D. de Cont. emt. demon-
strat. Qr. quomodo hoc privilegium amittatur? Resp.
quod per mutationem personae desinat l. 90. in fin. D.
de acquir. vel amittend. hered. adeoque, quando fit sui
juris, cum aliis rebus confunditur, & similem fortunam
recipit, quemadmodum & caeterae res, quae in unum
congregantur ex omnibus patrimonium. l. fin. in fin. D.
de in offic. test.

Th. VII. Licet ad solas filias, vel etiam descen-
dentes ex filiabus mortuis pertineat gerada seu bona
utensilia. Landrecht. libr. 1. art. 27. tamen hoc fallit in
clericis, & nostris ecclesiae Ministris, qui una cum filia-
bus in hereditate materna succedunt. Landrecht libr. 1.
art. 5. Weichbild. art. 57. vers. Wer aber junct. Gloss. ibid.
n. 20. Jungatur Rotshitz. tr. de dotal. art. 14. num. 13. seqq.
Hartmann. Pistor. Obs. 172. num. 2. Dn. Richter. tr. de Suc-
cess. ab intestat. Sect. 1. memb. 1. num. 60. Carpz. part. 3. C. 38.
Def. 58. & tr. usu arbor. Consangv. Disp. 2. n. 72.

Th. VIII. Et si filius propter causas ingrati-
tudinis contentas in Nov. 115. c. 3. & 4. possit exherede-
ri à patre, hoc tamen fallere putant Dd. Si talis fili-
us post-

us, postquam commisit causam ingratitude, effectus fuerit clericus. *vid. Comment. ad c. non licet. 19. quest. ult. Hypol. de Marsil. tr. de fidejussorib. n. 116.* qui idem esse dicit de filio Judæ, veniente ad fidem Christi, quod illis defendendum relinquo.

Th. IX. Alia quædam privilegia quæ Clericali assignat *Hypolit. de Marsil. tract. de Fidejuss. Th.*, huic finali includere libet. Putat (1.) quod tollat in familiam. *d. tr. num. 125.* (2.) adimat parentibus jus *l. 2. C. de Patrib. qui liber. distrax. num. 120.* (3.) Fidejussoribus (propter maximam potentiam *c. ex parte 2. extra de alienat. judic. mut. causa fact.*) beneficium excussionis *n. 139. cum Caroc. de Excuss. bon. part. 2. q. 39. n. 4.* (4.) tollat mutet & removeat voluntatem defuncti, alteret & impropriet verba testamenti. E. G. Si testator in testamento reliquerit mille Sempronio, sub conditione: Si contraxerit matrimonium, postea clericus factus, conditione etiam non impleta, petere possit mille. De jure Canonico, cum clericis (Sat absurdè *vid. Carpz. Jurispr. Consist. lib. 2. tit. Def. IV.*) nuptiæ sint prohibitæ, hoc equidem de hereditate procedit, esset enim conditio lege impossibilis & sic remittenda *l. 9. D. d. Condit. Inst. l. 8. l. 20. D. d. Condit. & Demonstr.* Nostro verò jure cum sit potestativa, idcirco non impleta nihil obtinebit *l. 32. l. 58. D. d. hered. Inst. l. 37. l. 39. de reb. cred.*

Τῶ Θεῶ Δόξα.

COROLLARIA.

1. Etiam ex alia causa, Quæ non est expressa in Nov. 115. fieri potest exhereditatio.
2. Exceptio *ἀναγωγίας* post biennium rectè opponitur.
3. Filius fam. de bonis adventitiis in quibus pater non habet usumfr. quo vult modo, disponere nequit.

Jura

194.
Jura sacerdotum monstrando sisq; sacerdos
Justitiæ, & cultor ritè doces cathedrâ.

*Hæc properante, gratulanteque calamo Præ-
eximio D N. Autori, Affini suo per-
quàm charo apponeb.*

Joh. Frider. Georgi. D.

Doctos docta decent ; iterata cathedra laborem
Designat, KR. AUSOLD optime, sponte Tuum.
Jura doces Cleri specialia, gratulor ! ecce,
Ipsa Themis studii ritè secundat iter.

Nobil. atque Per-Eximio Dn. Autori
Amico suo dilecto scribebat

J. G. Simon, D.

Nobili & Politissimo

VIRO JUVENI

Dn. JOHANN JACOB KRAUSOLTEN
Jurium studioso, ut strenuo, sic insigniter
felici

Affini & Amico meo mihi inprimis dilecto & honorando
istam mentis alacritatem, partamque eruditionis
politicæ juridicæ copiam

toto gratulor animo

* *

Ingenio nulli, nulli virtute secundus
Krausolt extendit nomen ad astra poli.
festinantiss. facieb.

Georg. Goezius. Moral. P.P.

F I N I S.


ERRATA In fin. Th. 3. c. 2. pro etiam respondere lege etiam
jramento respondere. Th. 6. pro Nov. 792. leg. Nov. 79. c. 2.
Th. 14. pro criminalis lege criminalistis.


ULB Halle 3
005 360 773



Wort







B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

1670, 8 ~~577~~ 4

PITANTE NUTU
 QUE AUTHORITY
 FA AD SALAM ACADEMIA
 M ORDINIS
 PRÆSIDIO
 DEMIÆ JENENSIS
 IRI
 Amplissimi, atq; Consultissimi,
 DN.
 DLK. *Bechmans*/
 ora / Jcti & Antecessoris cele-
 , Curia Provincialis, Facultatis
 us Assessoris gravissimi
 & Præceptoris sui perenni
 u devenerandi
 HUNC LEGALEM
 DE
 CORUM
 LEGIIS
 M CENSURÆ SUBMITTIT
 us Autor
 old/Rosslav. Thuring.
 erio Themidos
 Aug. AN. 1670.
 amuelis Adolphi Mülleri.

6.

